



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

29 Illegitimi quorum bonorum sint incapaces.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ulterius canones permittunt, & Paris. qui de communi testatur in *conf. 33. col. 2. vol. 4.*

28 Undecimò, ¶ non cadunt sub spolio bona à quibuscuque Urbis incolis, seu curiam Romanam sequentibus, mobilia, immobilia, se moventia, pecunie, iocelia sive monilia, actiones, res, & jura, quæcunque ab eisdem incolis, & curiam Romanam sequentibus in dicta Urbe, & eius districtu consistentibus empta, aut aliàs quovis modo quæsita, si eos in dicta curia, seu eius districtu decedere contigerit, de quibus testamento, aut alio titulo disponi potest, & decedentibus ab intestato proximiores agnati succedunt, ut in *extravagante Pauli III. sub dat. Romæ 1549. sexto Idus Martij ut per Nauarrim. eodem comment. §. 6. n. 1. 31* quam extravagantem novissime Paulus Papa Quintus innovavit.

29 Sed, ¶ quia dictæ extravag. vigore fuerat concessa facultas testandi in favorem propriorum filiorum illegitimos, seu spurcorum, ac de jure incapacium, seu aliàs prohibitorum, Pius V. sex causis adductis facultates testandi, aut quovis alio modo disponendi de acquisitis ex bonis ecclesiasticis, ac de aliis rebus etiam proprio labore partis ad commodum illegitimorum, etiam legitimatorum, & habitationes illegitimas ad succedendum in bonis feudalibus, & emphyteuticis ecclesiasticis concessas revocavit. ut in *conf. sub dat. Romæ anno 1570. sexto Kal. Februarii, in Bull. Rom. cap. 120. Ac demum revocationem ampliando, illam procedere voluit, etiam quò ad bona patrimonialia ecclesiasticorum, in quibus illegitimi, aut aliàs de jure*

incapaces ne hæredes institui, nec succedere posse decrevit; ut in *litteris sub annulo piscatoris expeditis dat. Romæ die septima Martij 1572. in eodem. Bull. cap. 152.*

30 Ultimò, ¶ non cadunt sub spolio bona ecclesiasticorum decedentium, condito testamento, modò legitima facultate testandi suffulti, quæ tamen non suffragatur, si qui illam obtinuit, non testetur arg. *l. hac consultissima, & l. ex imperfecto, C. de testamen. & Navar. d. com. §. 7. num: 6. nisi in eadem facultate caveatur, quòd etiam ab intestato proximiores in gradu succedant; quia tunc contra cameram Apostolicam lata interpretatio est efficienda argum. text. in l. 3 ff. de const. princ. quem sequitur Bart. in l. si quando. num. 1. C. de inof. testament.*

Et ¶ solus Papa facultatem testandi concedere potest, Navar. *eod. com. §. 9. n. 3.* quia ipsi soli, uti vniuersali bonorum ecclesiæ administratori, est immediatè à Deo commissa bonorum omnium ecclesiasticorum administratio, & omnium ¶ bonorum ecclesiasticorum dominum esse Domini Nostri JESU CHRISTI, non solum ea ratione generalis; Domini est terra, & plenitudo eius, sed etiam speciali censura, & dispositione hominum, licet superflua, fuerit, & hoc esse certum, & de fide, tenet Nava. in *tract. de reddit. eccles. quest. 1. mon. 40. num. 8. & in d. com. de spol. cler. §. 9. num: 4.* & quocunque casu hæc omnia procedunt duobus concurrentibus, vno in abstinendo, videlicet, ab illicita negotiatione, & aliis à sacris canonibus prohibitis, & altero in faciendo, nempe residendo, si ipsi habeant beneficia personalem residentiam requirentia, ex alibi allegatis.